



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

III. Venditio de terra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

& quicquid exinde facere volueris,
liberè & firmissimè, in tua perma-
neat potestate ad faciédum. Si quis
verò, quod fieri non credo, si fuerit,
aut ego ipse, aut ullus de heredibus
meis, qui cōtra venditionem istam
venire aut eam infringere tentaue-
rit, fisco discutiente solidos xxx.
multæ componat, & quod repetit
nihil cuindicet, sed præsens, &c.

III. V E N D I T I O D E
terra.

Dominō magnifico fratri illi
emptori, Ego in Dei nomi-
nis ille venditor. Constat me non
imaginario iure, nec ullo cogentis
imperio, sed proprio volunta-
tis meæ arbitrio, tibi vendere, quod
ita & vendidi, tibi à die præsenti
bunnuaria tanta de terra arabili, in
loco nuncupante illo, qui est in pa-
go illo, quem de parte parentum

meorum , tam & de alode quām &
de comparato ad me legibus ob-
uenit : hoc est de vno latere terræ
illius subiungit , de alio latere illi , &
de vno fronte terræ illius , de alio
vero fronte per viam publicam . Et
accepi à te , in pretio taxato , pro
hoc iuxta quod mihi bene com-
placuit , vel conuentum fuit , soli-
dos tantos , tanto ita ut ab hac die
memoratam terram superius deno-
minatam , quam de me legibus
comparasti , ipsam hanc habeas , te-
neas , possideas , vel quicquid exin-
de facere volueris , libera in omni-
bus Christo propitio in tua perma-
neat potestate ad faciendum .